



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

2. Quae materia & quotuplex divisio judicij ex parte materiae & finis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

3.  
impotentem, & foeda contra se pa-  
rantem ferro transadigit. Marius  
comprehensum causâ cognitâ dilau-  
davit, & coronâ donavit, quod pul-  
cherrimum facin<sup>9</sup> eo tempore (bel-  
li scilicet) edidisset, quo fortibus ex-  
emplis opus esset. *Plut: in Apoph.* Quæ-  
ritur an justum omninò judicium  
egerit Marius. Resolutio ibid.

### CONCLUSIO.

#### I.

**O**missis variis Judiciorum in jure signi-  
ficationibus, quas tradit Maranta l. p.  
Speculi: Judicium aliud non est, quàm di-  
scussio causæ coram iudice pro tribunali  
sedente: dicta quasi Jurisdictio, quod in  
eo jus dicatur, & Judex quasi jus sit dicēs  
populo, aut quod jure discept. cap. forus.  
de verb. signif: Cuiacius in paratit. Cod:  
de jud: & Imbertus l. instit. for. l. forensis  
controversiæ disceptatio. quæ ex actore,  
reo, & iudice constituitur. cum Duar. ad  
tit. de jud. cap. l.

2. Materia & subjectum iudicii sunt

A 2

partim

partim personæ, veluti actor, reus, Judex  
 partim causa seu quæstio: quæ quidem est  
 vel juris, vel facti. Quæstio facti, qua quæ-  
 ritur: an factum sit, veluti; *an Milo occide-  
 rit Clodium?* Quæstio juris, quæ quæritur  
 de merito ejus quod factum esse dicitur,  
 veluti; *an jure occiderit?* Vult. 2. Jurispr  
 Rom: 1. 2. 3.

3. Divisio judiciorum non una tantum  
 est, sed multiplex, desumpta tum ab ipso  
 Judice, tum materia, forma, fine. Ex per-  
 sona judicantium aliud est, Ecclesiasticum  
 quod coram judice ecclesiastico agitur,  
 de rebus Ecclesiasticis maximè spirituali-  
 bus, ut Matrimonio, Beneficiis: & his an-  
 nexo jure Patronatus, de crimine hæresis  
 Simonix, &c. aliud sæculare quod coram  
 Judice laico inter personas sæculares ex-  
 ercetur.

4. Rursus à materia & fine circa quem  
 versatur aliud est Civile, aliud criminale,  
 aliud mixtum. Civile est, in quo civili seu  
 forensi actione agunt illi potissimum, ad  
 quos ea res pertinet: ut quædo actor prin-  
 cipaliter agit, ut Judex curet sibi restitu-  
 ere res suas, aut agit ad recuperandum, vel ob-  
 tinen